Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

manibus portabant ramos palmarum et
clamabant voce magna dicentes. osanna in
excelsis benedictus qui venisti in multitudi=
ne misericordie osanna in excelsis. Sequitur

Omnipotens Dns vobiscum:
sempiterne deus. qui Oremus.
dominum nostrum Jesum xpm
die azimorum super pullum asine sedere
fecisti. et turbas populoꝝ vestimenta vel
ramos arborum. in via sternere et osan=
na cantare. in laudem ipsius tecuisti.
da quesumus. vt illorum innocentiam
imitari possimus. et eorū meritum cō=
sequi mereamur. P eundem dn: In reditu
Cum audisset populus quia antiph.
Jesus venit ierosolimam acceperunt
ramos palmarum et exierūt ei obuiam et cla=
mabant pueri dicentes. Hic est qui venturus
est in salutem populi. Hic est salus nostra &
redemptio israel. Quantus est iste cui throni
et dominationes occurrunt. Noli timere
filia sion. ecce rex tuus venit tibi sedens sup
pullum asine sicut scriptum est. Salue rex
fabricator mundi qui venisti redimere nos.